

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8971

Auteur(s) : Philippe de Creully [particulier]

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1182-1204]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe de Creully donne à l'abbaye de Barbery 31 acres et une vergée de terre situées à Mathieu, dont les localisations sont énumérées précisément. Il donne également tout le tènement qu'il avait donné à Henri fils d'Hélie de Mathieu pour son service, de sorte que Henri de Mathieu et ses héritiers le tiendront désormais de l'abbaye moyennant des rentes annuelles. Pour cette donation, Philippe de Creully a reçu des moines 460 livres d'Anjou, afin de libérer sa terre de l'usure et des mains des Juifs. Il donne en outre trois vergées afin d'entretenir la lampe située devant l'autel de la Vierge.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Mathieu, Collection Henry (collection privée), n° 1.

Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

Cet acte n'est pas évoqué dans la charte de confirmation du roi Henri II d'Angleterre en 1182-1189. L'usage de la monnaie angevine suggère que cet acte est antérieur à 1204.

Texte d'après A

Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris quod ego Philippus de Croilleio donavi Deo et Beatae Mariae et abbatiae Barberii pro salute animae meae et omnium antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosynam liberam et quietam et ab omni servitio et consuetudine, et ab omni actione saeculari quae potest evenire penitus absolutam, triginta unam acras et unam virgatum terrae de dominio meo apud Mathoen ; scilicet apud Estornemesnil tres acras ; in valle de Bosvilla unam acram ; in Brahot unam virgatum et dimidiam ; in curtis culturis septem acras et unam acram et dimidiam ; in Monteval septem virgatas ; in via de Maisnil quinque virgatas et dimidiam ; in Sormont tres virgatas ; in via de Cachi quinque virgatas, et ibidem unam acram et dimidiam ; in via de Perers unam virgatum ; in Rachmei tres virgatas ; in via de Bosvilla quinque virgatas ; apud Sacheu Alvere unam acram et dimidiam virgatum ; in Longa Rea juxta elemosynam Sanctae Mariae duas acras et dimidiam ; in eadem dela juxta Le Franc, unam acram, juxta Dringet unam acram et ex alia parte terrae quinque virgatas ; juxta terram Ricardi Leccare tres virgatas ; in nigris terris tres acras. Sciatis preterea quod omne illud tenementum quod ego Philippus dedi pro servitio suo Henrico filio Helyae de Mathoen donavi et concessi praedictae abbatiae in liberam elemosynam. Hoc etiam tenementum tenebit ipse Henricus et heredes sui in perpetua hereditate de supradicta abbatia reddendo annuatim quinque solidos Andevagenses in Natali Domini, et quatuor capones ; in

pascha quadraginta ova ; in predicto tenemento continentuo viginti septem acrae scilicet in cultura de Cruce super domum praedicti Henryci quindecim acrae et tres virgatae ; in plana londa quatuor acrae et una virgata ; in Sorbust septem virgatae ; in valle de Sensio septem virgatae ; super viam Capellae medietas quinque virgatarum ; in via de Peres in nigris terris una acra et dimidia ; ad fossam Restoue una virgata et dimidia ; super foveam Moignesse dimidia acra ; ad maram de Cachi dimidia acra ; et tres masurae quarum una est post masuram Vuillelmi de Viana, altera ante cimeterium Sanctae Mariae, tertia ante domum Radulfi Berenger. Pro hac autem donatione mea habui de caritate monachorum de Barbereio quadringentas et sexaginta libras Andevagenses ad liberandam terram meam de usura et manibus Judeorum. Preterea divinae pietatis intuitu donavi praefatae abbatiae in perpetuam et liberam eleemosynam ad accendendum lumen lampadis quae est ante altare Beatae Mariae tres virgatas terrae in masura ultra domum Radulfi Lanfrei cujus caput ver[t]it super viam de Anise. Et si ego Philippus aut heredes mei praedictam terram praedictae abbatiae garantizare non poterimus, ego vel heredes mei terram equivalentem in dominio meo de Croileio ei restaurabimus. Actum est hoc apud Cadomum ad secretarium coram Guillelmo filio Radulfi senescallo Normaniae, anno primo quo unctus est in regem Johannes comes Moretonii. Ut autem haec omnia rata et inconcussa permaneant, praesenti carta volui annotari et sigilli mei munimine confirmari.